

ricum II. Imp. barba semievulsa squalidum sibi in formis ob-

DAVID BRUSTUS Scotorum Rex, cum quarto Angliam, ferro igneque vastaret, in somno monitus est, ut ab agris D. Cut-

EXTRUCTIONEM, DEDICATIONEM

Judæi cum sub Juliano Apostata templum Hierosolymitanum restaurarent, terræmotu maximo, & igne cælesti, ac infernali, fundamenta disiecta, & operæ consumptæ fuerunt.

D. Dionysii sanam à Dagoberto rege extructum cum Episcopi dedicare pararent, nocte ea, quæ præcessit, Leprosus Christus ipsum ipsummet dedicantem vidit, hoc ipsum argumento lepræ ablata, & in parietem proximum affixæ, regi, & proceribus indicare iussit.

Erexit Tonanti Jovi ædem in parte Capitoli Caesar Augustus, quam Cantabrico bello voverat: dedicatamque quotidie frequentabat. Vifus itaque est ipsi per somnium Jupiter Capitoliis queri, sibi cultores abduci: seque respondisse, Tonantem pro janitore ei appositum: ac mox tintinnabulis fastidium adis redimivit, quod ea ferè tunc januis dependebant.

JULIANUS Apostata, cum Jerosolymam pervenisset, templique vestigia cerneret, quod Tirus supremo urbis excidio solo æquarat: in contemptum religionis Christianæ Antiocheno Philippo mandavit, ut loco perpurgato fundamenta templi ædificaret, quod cum priore illo magnificentia amplitudineque cæterare. Jacta ergo quamprimum sunt fundamenta. Cæterum cum sibi Julianus, & Judæi mirum in modum, ob tam præclarum principium placerent, repente terræ mugitus exaudivit, facelle ardentes intra ipsa fundamenta statim exortæ, omnia momento dissiparunt: fabri cum ferramentis igne absumpti, cruce item in molitorum vestibus infedere, neque ulla ratione deleri potuerunt.

PERFOSSIONEM ISTHMI.

Gnidi Isthmum quinque stadiorum perfodere cogitarunt, ut suam ditacionem in formam insulæ redigerent ne ab Harpago Cyri Persarum regis Duce subigerentur. Id jam multa manu comantibus accidit, ut cum alias corporis partes, tum præcipue oculos petra infestaret. Ejus rei causâ Delphos miserunt. Pythia ita respondit:

Εἰδὸν ἢ μὴ πρὸς τὸν ἵππον ἀνάσσει. Ζεὺς γὰρ κέρων ἵππον, εἰς ἰθάλην.

EO respondit accepto, ab incepto desisterunt, & Harpago scilicet dederunt. Herod. l. 1.

NERONIS principatu, dum Isthmum Peloponnesi perfoderet, sanguis è terra erupit, fluvii sanguine fluxerunt, Oceanus inter Britanniam & Galliam sanguine totus inundavit. Eodemque anno in Britannia duæ urbes expugnatae, & 80. millia Romanorum civium, & sociorum perempta. Dion. Suet.

TROPHÆI ERECTIONEM.

CARANUS Macedonum Rex, devicto Cisseo rege, cum trophæum posuisset, noctu veniens illo, illud evertit, & disjecit. Inde velut foedi ostent, malique ominis, vetitum est, ne in posterum reges Macedonum quaesitis victoriis trophæa ponerent. Alex. ab Alex. l. 1. c. 22.

DE DIVINATIONE IN GENERE.

ΑΠΟΡΗΘΗΓΜΑΤΑ.

CHILON dicebat divinationem non esse detestandam: quod hanc Deorum munus esse crederet, quæ ratione percipi posset ab homine insigni virtute prædito. Nam ipse prædixisset, futurum ut ex Insula Cythera summum malum oriretur Lacedæmoniis, cujus situm, naturamque cum didicisset: Utinam, inquit, hæc, aut nunquam fuisset, aut simul, ut nata fuit, eversa fuisset. Nam Demaratus Lacedæmone profugus, Xerxis fuisse, ut in ea Insula classem haberet, ac planè Graciam subegisset Xerxes, si Demarati consilium fuisset sequutus. Post, Nicias a potitus, statuit illic præsidium Atheniensium, & Lacedæmonios multis cladibus affinxit. Laert. l. 1. c. 2.

Diogenes dicere solebat: Si ulla disciplina id præstare posset, ut præciteremus, quæ ferenda sunt, atque eadem amoliri à nobis certa ratione valeremus, egegrum sanè illud esset, & longè optimum artificium. Sed si ordine inviolabili, ac lege inconcussa quippiam tolerandum est, ad quid attinet tale malum prænotare? Stob. Idem videns hominum diversas actiones, ac audiens formiorum esse interpretes, & conjectores, dicebat, nullum animal homine esse stultius. Laert. l. 6.

SOCRATES, cum in somniis quidam Socrati visus esset dicere: Ημεῖς μὴ πρὸς τὸν ἵππον ἀνάσσει. Ad Phthiam venias simul, ac lux tertia surget: Æchini dixit: Tertio die moriar: versum Homericum, quo oraculo interpretans, id eventum, Phthia erat patria Achillis, & amici comati sunt persuadere Socrati, ut in Theselliam fugeret, quod illic haberet fidios amicos. Erasim. lib. 3. Apoph.

DEMONAX, Conspicatus augurum quandam in publico vaticinia sua vendentem. Si potes, inquit, ea, quæ Patra statuerunt, arte tua depellere, exiguam mercedem postulas: si quæ fatis decreta sunt omnino vides eventura, quid tua prodest divinitio? Bis miser esse cupie, qui mala, quæ vitari non possunt, amat præcitere. Erasim. 7. Apoph.

Cum Philippus locum quandam Ithomatham, non minus munimentum, si præsidium imponeretur, quæ erat Arcocotium, occupasset: & sacrificio peracto pro vatem ad ipsum extra essent delata, accepta Arato, ac Demetrio Phalereo demonstravit, & ipse animi dubius rogabat eos, quid extra potendarent: utrum Messeniis locum redderet, an retineret? Hic Demetrius arridens, Si animum, inquit, vatis geris, locum dimittes: sin regis, utroque cornu bovem retinebis: Peloponnesum bovis ænigmatè signans, quam facile retinetur, si duas aras præsidio tueretur. Erasim. l. 6. Apoph. ex Plat.

In convivio, cum Anaxarchus Alexandro propinaret, ostenso calice prædixit fore, ut vultus acciperet, abutens ad id verbum, quem recitat Laert. l. 9. c. 1.

Βυδνὸς τὸν θεὸν βρομῶντα χαρῆ. Ferietur aliquis mox Deum laudans manu. Erasim.

CALAMUS Indus ad mortem proficiscens, cum confederet rogum ardentem, O præclarum, inquit, discessum è vita, cum ut Herculi contigit, mortali corpore cremato animus in lucem excesserit! hunc cum Alexander admoneret, dicere si quid veller: Optimè, inquit, propediem te videbo. Idque evenit, nam Alexander paucis post diebus mortuus est. Cic. lib. 1. de Divinat.

APOLLONIUS Tyanæus, cum ad Indorum sapientes, qui Brachmanes ducuntur, habens Larantii Indiæ Regis literas commendatitias, accederet: ut venit ad illos, & Jarcas illorum princeps salutavit Apollonium, statimque petit regis literas, admirante Apollonio, ac dicente, unde fecerit? Quo magis (inquit Jarcas) mireris, scito D. unum in Epistola deesse: atque H ita esse, palam omnibus ostendit. Bras. l. 7. c. 20.

JUDAS ESSÆUS nunquam divinam mentis esse, is, cum prædixisset, in Stratonis pyrgo Antigonus regem eo die occubiturum, viso Antigono, Nunc mihi pulchrum est mori, inquit, cum mendax fuerim! (distabat enim Stratonis pyrge sexcentis stadiis) sollicitaque mente secum hoc repetebat. Sed paulo post tamen interfectus est Antigonus, in loco subterraneo, qui Stratonis pyrge dicebatur. Bras. l. 7. c. 20.

M. CATO, ajebat se demirari, quod non rideret aruspex, quoties aspiceret aruspicum. Sentiens, torum hoc divinationis genus imposturam esse, qua populo fiebat fucus. Id cum non fugeret, ejus artis peritum, mirabatur, quod aruspex aruspicum posset videre absque ritu. Solent enim impostores inter se rideere multitudinis stultitiam. Cic. l. 2. de Divinat.

POMPEJUS, Catoni acerbis infestanti Pompejum, quod cum ipse sapius prædixisset potentiam Caesaris inde crescentem, nulli bono fore populari civitatis gubernationi, sed potius ad tyrannidem tendere: Pompejus ita respondit, Tua (inquit)

(inquit) Cato magis accedunt ad divinationem, ac mea magis accommoda sunt amicitia. Sentiens, Catonem incerta loqui, quod nemo possit retum humanarum exitum liquidò præcitere, se ferè ea secutum, quæ tum temporis amicitia, quæ sibi cum Cesare intercedebat, postulabat. Certum erat, quid debebatur amico, incertum erat, an amicus illi futurus esset inimicus. De amico verò humanum est bene sperare, quam malè divinare. Plut. in Apoph.

SPURINA aruspex admonuit C. Cæsarem, ut caveret disscrimen ingens, quod ultra Calendas Martias non proferretur. Eo die, cum iret in senatum, Spurina fortè obvio: Quid ais, inquit, nonne venere Calendæ Martiæ? Venere, inquit, sed nondum præterierit. Eodem die casus est Cæsar. Bras. lib. 7. cap. 20. ex Plut.

SEVERUS Imperator cum è Britannia rediret non solum victor, sed etiam in æternam pace fundata: scurra quidam obviam factus, futura illi hunc in modum vaticinatus est: Fuisi Cæsar, totum viciisti, jam Deus esto victor, cujus divinitio licet jocus esse videbatur, constans nihilominus tamen Cæsarem paulò post perisisse. Erasim. lib. 6. Apoph.

ATHANASTUS Episcopus ab Ariani, & Græcis præligator dictus, atque ob divinationis peritiam diu, multumque detrusus, cum obire Alexandriam ingrederetur, cornix in aere volitans crocibat. Græcorum igitur turba hæc audiens, scommate eum veluti impolentem persequens, quidnam cornix diceret, interrogavit. Ille autem perquam urbane, & suaviter, & ridens: Cæsar, inquit. Portendit namque, crastinum diem vobis non cessurum. Mandatum enim ab Imperatore veniens, festum diem vestrum inhibebit, & magnificentia vestra injucunda vobis erit. Porrò id Athanasi dictum exitum suum habuit, ab Imperatore enim licet venire, quibus magistratus jubebatur, de cæteris Græcos prohibere, ne ad templum accederent, & more superstitionis suæ dies festos peragerent. Et celebritas ea, quæ jam aderat, & ab illis plurimi fiebat, venerationeque maxima celebratur, tum penitus abrogata est. Niceph. lib. 9. cap. 35.

JOANNES XXIV. Pont. antè Balthasar Costa dictus, Bononia, ubi literis operam dederat, Romam proficiscēbatur. Rogatus autem cur Romam tenderet? Ut me Pontificem faciam, respondit, nec in vanum; haud diu enim post ab Alexandro V. ad Cardinalatus honorem evectus, ei in Pontificatus sub nomine Joan. xxiv. successit. Bap. Fulg. lib. 3. Beyerl. in Apoph. Christianorum.

Simile est, quod subiicimus. Erat Thom. Sarzanus Orator Eugenii IV. ad Cæsarem majestatem in Germaniam missus: cumque Alpes traiceret, incidit fortè in Æneam Frederici III. legatum, cuique in eadem domum diversissent ambo, & Æneas parcius in victu ageret; subridens Thomas, Ecquid ais, tantoper victui parcius: numquid uterque nostrum ad Pontificatum promovendus? verè uterque promotus. Thomas sub Nicolai V. & Æneas sub Pii II. nomine Pontificatus honore præfulsit. Bap. Fulg. l. 1. c. 3. Idem supra.

PAULUS II. Pontifex, quo die Francicum Ruveram ad sacrum Senatum promovit, dixisse fertur: Hoc die successorem meum elegi. Ridebat alii Pontificis dictum, at Francicum, sumpto Sixti nomine, Paulo vita functo successit. Ibid.

Erat Leonardus Ruveras, Francisci illius, de quo jam antè, ex fratre nepos; angusta re, & virtutis gloria homo omnium ludibrio expostus, cum namque proprio nomine appellaretur D. ut indignabundus, Quid, ait me Comitem appellatis? Si verò de dudenda uxore sermo haberetur, Nolim, dicebat, aliam, quam propinquam Regis. Tuli igitur Patru, qui tum Pontifex, fortuna; ut quæ de se per jocum prædicaverat, repta ad effectum deducebantur. Ibidem Beyerl. in Apoph. Christianorum.

Spēctat huc etiam, quod de Henrico Comite Schvartzburg apud perlofque scriptum reperit, huic familiaris erat, si quando rem quampiam facere recufaret, hæc vox: Si hoc fecero, mergar in latrina, tulisse autem sul interitus præsigium in hoc proverbio, docuit secutus eventus. Elfordia enim in cenobio D. Petri (ubi cum Frederico Cæsare fuerat) in fordibus istis, collapsis latrine trabibus, suffocatus est. Pbil. Cam. medi. Hist. c. 86. Beyerl. ibid.

FREDERICUS Elector, & Joan. Germani, Saxoniz fortissimi Duces: dum per Albim fluvium, recens soluta glacie, Vvitebergam navigio peragrarent, factum, ut congelatæ moles Albi innatantes, iter impedirent, navemque quasiarent. In ripam itaque egressi, vident navis carinam latè findi, acla-

tera resoluta decidere, quod interpretatus Fredericus, Metuo, ait ad fratrem, post nos, nostræ navis, id est, domus Saxonicæ dilacerationem, quæ & subiecuta est. Peucerus l. de divinat.

Emicuit etiam in Thoma Moro divinandi beneficium. Narrant enim Annam Bolenam, quam Henricus Rex conjugem duxerat, inceffanter tripudians hæc tripudia, ait, alium lulum adferent: nostris enim capitibus quali pila pedaria hæc ejus tripudia ludunt: quin & ipsius caput hunc ludum subibit. Evenit utrumque. Th. Staplet. in vita Beyerl. ibid.

Divisio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Divisio est Partitio, Διαιρεσις Græcè, sive singularum rerum est in suas partes discretio, & ordo. Est apud Rhetores certa species argumentationis, qua genera in species has in differentias, & singularia partitur, sive distribuitur. Divisores apud Romanos erant, qui largitione, & pecunia sibi conciliabant studia candidatorum pro consequendo Magistratu, unde criminis nomen est apud Ciceronem. Quod dividitur, possidetur. Possessionis nomine, jus est loci. At ut aliis communicatur, ad Acquisitionem, & participationem quoque referri posse videtur. Consule Tit. de Acquisitione.

DIVISIO IMPERII, REGNORUM.

Inter tres fratres Jovem, Plutonem, & Neptunum subjugato Orbis divisus est. Oriens Jovi, Occidens Plutoni, maritima Neptuno obtigere.

Ποσειδῶν ἀναχὼν παρὰ τὸν ἀναστῆσαν αἰὲ Περδομένον, αἰδὸν δ' ἀναχὼν ζῶρον ἠέροντα. Ζεὺς δ' ἀναχὼν ἠέροντα ἐν αἰθέρῃ καὶ παρὰ τὸν. inquit Homerus. Locus in Caria, ἀπὸ τοῦ ἀναστῆσαν ab hac fortitione, Claros dictus est. Natal. lib. 2. Myth. ex Lat.

EPHORUS posteritati prodidit, Eurythnenum, & Prolem Heraculidæ, redactam in potestatem oram Laconicam, sex in partes divisisse, ipsamque inductis iniquissimis pro civitates ordinasse. Unam autem particulam eximiam Amyclam excepisse, & proditori tradidisse, qua Laconicam illis regionem exhibuit, quique usau suo præfectum loci, ut cum Achivis in Joniam commigraret, induxit. Spartam verò regale sibi ipsis domicilium elegerat: Ad reliquas singulos reges dimiserunt, concedentes, ut cohabitatores admitterent ad venas quolibet, cum tor ubique mortales desciscisse cernerent. Strabo lib. 8.

ALEXANDRO Magno Babylone sine liberis vita functo, fuit interregnum, & ingens dissidium de principatu. Pedum enim agmen Artidæum Philippi filium, hominem animi vitis laborantem insanabilibus, ad regnum promovebat. Sed amicorum, & stipatorum Alexandri ii, qui maxima dignitate pollebant, habito concilio, assumptaque eorum equitum turma, qui Socii nuncupabantur, creato sibi duce Meleagro, processerunt in adversarios cum armis. Tandem, qui erant eorum gratiosissimi, eos in concordiam reducerunt. Atque illi procius regem creantur Philippi filium Artidæum, eumque nominantur Philippum: regni autem procuratorem fecere Perdiccam, cui rex mortens annulum dederat. Amicorum autem, & stipatorum primarios præceperunt satrapis, regique, & Perdicce parere jussurunt. Is accessit pro rerum omnium imperio, habito cum duobus concilio, Ptolemæo, Lagi filio, Ægyptum dedit: Laomedonti Mitylenæo Syriam: Philota Ciliciam: Pythoni Mediam: Eumeni Paphlagoniam, & Cappadociam, omnesque illas finitimas regiones, quas Alexander non adierat, exclusit temporibus, dum bellum gerit cum Dario. Antigono verò Pamphyliam, & Lyciam, & eam, quæ vocatur magna Phrygia. Postea Castandro Cariam, Meleagro Lydiam, Leonato eam, quæ est apud Pontum Phrygiam. In Europa Lyfimacho data est Thracia, & finitimæ gentes ad mare Ponticum Macedonia verò, & vicinæ gentes Antipatro assignatæ sunt. Ea, quæ ad Caucasum sita, nominatur Paropamisadum, attribuit Oxyarte Bactriano regi, cujus filiam Roxanam duxerat Alexander in matrimonium. Silyrio quidem dedit Arachosiam, & Gedrosiam: Stafavio autem Solio Ariam, & Dranginam. Philippo attribuit Bactrianam, & Sardiannam. Phrataphernæ Pharthiam, & Hyrcaniam: Peucefæ Perfidem: Tlepolemo Carmaniam: Atrapæ Mediam: Ar-

chioni Babyloniam: Arcesilao Mesopotamiam. Seleucum praefecit ordini sociorum equitum, qui ordo erat clarissimus. Huic enim praefecit Hephastio, secundum eum Perdicas: tertius Seleucus. Similiterque Taxilam, & Porum dominos esse iussit suorum regnorum, quem admodum Alexander ipse statuerat. Dion, libro 18. 19. 20.

PERDICCAS debellato Ariarthe Cappadoce, & satrapia Eumeni concessa, imperium non obscure affectabat, & Antipatrum simul, atque Craterum opprimere cogitans, primo omnium Ptolemao Aegypto bellum intulit. Eumenes cum Perdica sentiens, uno praelio Neoptolemum Antipatri ducem, & Craterum interfecit. Perdicas militari seditione in Aegypto interemptus est, & Antipater Procurator regni dictus, satrapias de integro partitus est: & Ptolemao quam iam habebat, assignavit (hunc enim, ut mutaret, fieri non poterat, propterea quod videbatur Aegyptum sua virtute, quasi ferro partam habere) Laomedoni vero Mitylenae Syriam tradidit, Philoxeno Ciliciam. Ex reliquis satrapias Mesopotamiam, & Arbelitem Amphimacho, Babyloniam Seleuco, Antigono Susianam, propterea quod hic primus auctor fuerat Perdicae. Ptolemao Carmaniam, Pithoni Mediam, Philippo Parthiam, Stafandro Cyprio Aam, & Dranginam, Stafanori Solio Bactrianam, & Sogdianam, Patopamisadas Oxyartae. Indiae vero ea, quae erant contermina Paropamisadas, assignavit Pithoni Argenoris filio. Ex regnis autem contiguis illud, quod est ad flumen Indum Poro, quod vero apud Hydaspem Taxile. Hos enim reges movere non licebat, quin eis concederentur regiae vires, & illustre imperium. Ex eis autem, quae vergunt ad septentriones, Cappadociam dedit Nicanori, magnam Phrygiam, & Ciliciam Antigono, sicut ante habebat: Cariam Cassandro, Syriam Clito, Phrygiam eam, quae iuxta Hellepontum est, Arridaeo, Regiarum copiarum duces creavit Antigonom, cui mandatum erat, ut Eumenum Alceataeque Perdicae fratrem, & Atalium Perdicae fororium classis praefectum debellaret. Antigono tribunum adiunxit filium suum Cassandrum, ne posset etiam privatam negotium agere. Idem.

Jam cum Antipater sumptis regibus, suisque copiis contenderet in Macedonia, reges in patriam reducturus: Ptolemaus interea per duces Nicanorem, Laomedonte satrapa Syriae capto, Phoeniciam, & Caesariam occupavit. Antigonus Attalum, Docium, & Polionem cepit, Alceatam, Pissidarum prodicione occidit. Antipater animam agens, regum tutorem constituit Polyperchontem ducentem fere maximum natu eorum, qui sub Alexandro militaverat: filium autem Cassandrum fecit tribunum, & potentia secundum. Cassander indignè ferens, secundas se à Polyperchonte tenere, cum Antigono, & Ptolemao conspiravit. Polyperchontem regum nomine Eumenum Asiae Imperatorem constituit. Polyperchonte autem res ignaviter administrante, Graecorum civitates pleraeque ad Cassandrum defecerunt. Olympias Eurydicem cum marito Philippo rege crudeliter interfecit. Antigonus varia fortuna tandem Eumenum oppressit, Pithonem Mediae satrapam amicitia simulata circumventum interfecit. Cassander Olympiadem in Pydna urbe cepit, & e medio sustulit: Polyperchontem à Macedonia expulit. Antigonus cum filio Demetrio Seleucum Babyloniae satrapam circumvenire volebat. In itinere cum Ptolemao societate, belli gravissimi auctor fuit. Tandem Cassander, Ptolemaus, & Lyfimachus cum Antigono pacem fecerunt, & foedus scripserunt, cuius conditiones haec fuerunt: ut Cassander dux esset Europae, donec Alexander Rosane filius ex Alexandro Magno adolevisset, Lyfimachus Thraciae imperaret, Ptolemaus Aegypto, & urbibus ei conterminis in Africa, & Arabia, Antigonus praefectus universali suo: alter, qui nomen avi habuit, Constantius in vicennialibus suis Orientem gubernaret, juniori vero Constanti, ut triennialibus imperaret, cum jam se summo languore gravatum sentiret, testamento haeredes reliquit. Quibus & Dalmatium Anniballiani fratris extincti filium adiunxit, Caesarem fecit, quod jam pœneret crudelitate, quam in affines perpetrasset. Sed hic Dalmatius anno imperii tertio factione Constantii in Oriente à militibus occisus est.

VALENTINIANUS Imp. à militibus dictus, consortem imperii sibi fecit Valentem fratrem. Cum Naissum in superiore Mesiam accessisset, ibi imperii, decumque, & numerorum militarium divisio facta est. Provincia Orientales ad Illyricum usque concessit Valenti: reliquas ad Occidentem pertinentes Valentianus sibi retinuit. Praefecti pratorio salustius Orientem

regionem, & ut res postulat, ita versatur. In populi provincias populi Imperatores, vel consules mittit. Sed haec quoque divisiones alias ducuntur, prout usus postulat. S. ab. lib. 17.

Inter Bassianum Caracallam, & Getam Severi Fr. Imperii divisio ea fuit, ut Europa Bassiano cederet, Getae Asia: ut apud Chalcedonem Bithyniae hic haberet casta, ille apud Byzantium, loca modico inter se freto discreta, ille apud generis milites Bassianum sequerentur, caeteram gentium Getam. Numidas, & Mauros haberet ille: hic reliquum Africae sibi vindicaret, orientem solem versus. Haec illis agitantibus, cum caeteri moestum tenerent silentium, Julia dolore interfecta: Terram, inquit, & mare, filii, invenis, quo pacto orbem inter vos divideretis. Mater infelicissima quoniam modo dividenda vobis est? Ita, & quando ita placet, hoc miserum corpus in aequas partes dividite, divisum, ac dimidiatum diversis mundi partibus humi condite, ut ego quoque eidem terrae, marisque discrimenibus, ut uterque vestrum ab altero, à me ipsa dividar. Haecque cum lacrymis, & flebili lamentatione locuta, conata est ambos reconciliare. Illi maternis lacrymis perturbati, infecta re diversi abierunt. Multiplices inde insidias sibi invenire tendere: Quae cum parum procederet, longioris morae impatiens Bassianus, ingressus repente fratris cubiculum, cum nihil tale expectantem in matris gremio obruncavit. S. ab. lib. 5. Enn. 7.

CONSTANTIUS, & GALERIUS MAXIMIANUS Imperium, quod commune Diocletianus, & Maximianus habuerant, deponerantque, novo, ut Orosius dicit, exemplo inter se dividerunt. Constantio Italia, Africa, Gallia, Hispania, & Britannia obtigit: Galerio Asia, Oriens, Aegyptus, & Illyricum. Ex quibus Oriens Syriam, Armeniam, Arabiam, & Mesopotamiam comprehendit: Illyricum vero Thraciam, Mcesiam, Daciam, Pannoniam, Macedoniam, Graeciam, & Dalmatiam, atque haec tum Occidentalis, & Orientalis Imperii nomine comprehensa sunt. Constantius autem tantam animi moderationem adhibuit, ut Italiam, & Africam Galerio ultrò dimiserit. Galerius in Italiam ex Illyrico reversus, duos suorum filios Caesares cooptavit, Severum, & Maximinum, atque illi Italiam, & Africam, huic Orientem cum Asia, & Aegypto commisit, ipse vero sibi Illyricum reservavit. Sig. Imp. occid. lib. 2.

CONSTANTINUS Magnus, ut Imperii statum in plures divisum accepit, ita ipse quoque universum ejus principatum veluti hereditatem paternam, filiis suis tribus distribuit: nempe Constantino, quem Caesarem creavit decimo Imperii sui anno, partes Occidentales trans Alpes, nimirum Britannias, Gallias, Hispanias: Constantio vero, quem anno vicefimo Caesarem designavit, partes Orientales à freto Propontidis, cui, fraude interfecto Damalio, Anniballiani Constantii Magni fratris F. patruelis suo, Armenia, & vicinae regiones accesserunt. Constanti autem, quem tricesimo Imperii sui anno Caesarem constituit, partes medias, nimirum Illyricum, Noricum, Pannoniam, Mcesiam, Liburnos, Dalmatias, Thraciam, Graecias, Macedoniam, Achaiam, Africam, Italiam. Aveni. A. D. lib. 2. An. Bojor. & Pomp. Letus. Ensch. l. 4. de vita Constantii, Secretes l. 1. c. 29. Theod. l. 1. c. 31. Sed Saxon. l. 2. 34. dicit Constantino, & Constanti Occidentem contigisse. De eo sic Cus. A. D. Constantinus, inquit, ex Faustula conjugis quoque liberos procreavit, Constantinum II. Constantium, Constantem, quos imperii haeredes reliquit: Helenam filiam, quae Juliano, & Constantiano, quae Gallo nupte. Cum autem hos tres filios, multo ante, quam moreretur, Caesares appellasset, singulosque denis annis imperii participes fecisset (hoc modo, ut primus sui nominis Constantinus Helperiarum partium ageret principatum decenniali suo: alter, qui nomen avi habuit, Constantius in vicennialibus suis Orientem gubernaret, juniori vero Constanti, ut triennialibus imperaret) cum jam se summo languore gravatum sentiret, testamento haeredes reliquit. Quibus & Dalmatium Anniballiani fratris extincti filium adiunxit, Caesarem fecit, quod jam pœneret crudelitate, quam in affines perpetrasset. Sed hic Dalmatius anno imperii tertio factione Constantii in Oriente à militibus occisus est.

VALENTINIANUS Imp. à militibus dictus, consortem imperii sibi fecit Valentem fratrem. Cum Naissum in superiore Mesiam accessisset, ibi imperii, decumque, & numerorum militarium divisio facta est. Provincia Orientales ad Illyricum usque concessit Valenti: reliquas ad Occidentem pertinentes Valentianus sibi retinuit. Praefecti pratorio salustius Orientem

Orientem; Probus Illiricum, Mamertinus Italiam, Germanus Gallias gubernavit. Magistros utriusque militiae Valens Victorem, & Arinthum, Valentinianus Jovinum, & Dagalaistum obtulit. Eadem quoque concordia numeri militatus partiti. Sigon. l. 7. Imp. occid.

Deiuncto Theodoro Magno, Imperium orbis divisum est inter filios duos testamentum. Sed quia nondum aetas matura imperio erat, duobus legit, qui pueri adessent. Et Rufinum Arcadio, qui Orientis erat Imp. adiunxit: Stiliconem Honorio, qui occidentem tenebat, nondum decimum annum egrosso. Fuit & Gildo tum praeses universae Africae. Cus. A. D.

Mortuo Atrila, filii ejus de dividendo inter se regno agere eum cepissent, contentione orta eò descendendum, ut populos subiectos in sortem conicerent. Quòd ubi Artadarius rex Gepidarum audivit, indignum esse ratus, bellicosissimas gentes tanquam viles pecudum greges forti committit, contra eos exercitum duxit, ac defectione sua non populares solam suos, sed alias etiam nationes ad libertatis studium excitavit, ac praelium in Pannonia juxta flumen Netad adversus Hunnos, & eorum socios inivit. Illi Ellace filio Atrila natu maximo, cum triginta fuorum milibus strato, reliqui fratres ejus ad litora Pontici maris, ubi vestitus Gothi sedes habuerant, abire compulsi. Ita Hunni, quorum opes terra capere non poterat, tristi diffidio distracti subito conciderunt. Populi vero, qui illorum Imperium obtemperaverant, sedes à Marciano, & Valentiniano imperatoribus impetrarunt. Sig. l. 13. Imp. occid.

Inter Clodovei filios paternum regnum ita divisum, velut in Tetrarchias, est, circa annum dxx. ut Childeberto Parisii, Clothario Suesiones, Clodamiro Aurelianum, Theoderico Mediomatrics imperia forent, Regesque omnes appellarentur. Nec illa civitatum modo nomina, sed regum arces opulentissimae erant, unde fusa cuiusque longè, laetèque fusa regia jura peteret. Sed dum singuli magnitudinem paternam aequare student, seque angustis finibus claudens putant, primitum extera mox, & domestica exorta bella: quoad caelo à Burgundionibus Clodamiro, duobus aliis morbo sublati, ad unius Clotharii arbitrium fuit omnium revocata. Aemil. lib. 1.

CLOTHARIUS Francorum rex, anno quam regnare cum fratribus coepit quinquagesimo, Christi dlix. obiit, filio Gratiano acie à se caelo annu superles. Rursum Francorum regnum in Tetrarchias eodem quoque exitu divisum est. Chilpericus Clotharii filius, correpto auro paterno (quae ingens vis emercendorum militum, conciliandorumque procerum videbatur) Lutetiam regni arcem occupavit, Opinatres Francorum nulla viarteve expugnari poterant, quo minus primo in spem regni nato primas partes inaequaliter darent. Simul celeritate, conspirationeque fratrum oppressis consiliis, incepto destitit. Chereberto Parisii, Sigeberto Mediomatrics, Chilperico Suesiones, Guntrano Aurelianum, regia urbes evenere. Aemil. lib. 1.

CAR. MARTELL. gravi morbo correptus, suadentibus amicis, regna à se armis occupata filiis suis divisit. Nam Carolomanno majori natu Austria, & Suevia, Pipino vero juniori Burgundia, & pars Francia obtigit. Platina.

CAR. MAGN. jam senio gravis, cum intellexisset, Pipinum filium, quem Italiae regem praefecerat, Mediolani mortuum esse: Ludovicum filium minorem natu, Aquitania regem, & Imperii fucesorem, Bernardum vero nepotem Italiae regem declaravit, eique mandavit, ut Ludovicus rebus in omnibus obtemperaret. Fines Imperii hos esse voluit: in Gallia Rheenum, ac Ligicem, qui in Celtis oriens, eos à Biturigibus dividit: in Germania vero Danubium, & Savum fluvios, his autem provincias Aquitaniam Guafconiam, magnam partem Hispaniae, cisalpinam Galliam, Saxoniam, utramque Pannoniam, Istriam, Tibulicos addidit. Matiniam vero Dalmatiae imperio Constantiopolitano subiecta erant. Platina, & Aemil. l. 3.

LUDOV. Pius Imp. indico Procerum conventu, ne filiorum inter se feret ulla dissensio, regna sua se partitus est, ut Lotharius Imperii confortem faceret, Pipinum regem Aquitaniam, Ludovicum vero Bataviam. Morti proximus Lotharius ex Italia advocatos, tutorem Juditiae uxoris, ac Carolum constituit, Totum Austrasiam regnum à Mosa flumine ad Hungaros usque Lothario attribuit, reliquum Carolo assignavit, quem Aquitaniae regem constituit: Nam Pipinum jam diem suum oberat. Ludovicus indignè ferens hanc regnorum partitionem, exercitum eduxit, sed frustra. Imp. edito testamento, Lothario imperium commisit, simul & ut telam filii Caroli, & matris Juditiae: coronam illi auream, & enslem, quo in praeliis utebatur, donans, caeteram suppellectilem Ecclesiae, & amicis impartiens. Idem.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Mortuo Ludovico Pio exarserat inter ejus filios tantum odii propter imperii divisionem, ut in Antifiodorensi agro apud Frontanicum acerrimè à Ludovico, & Carolo contra Lotharium fratrem dimicatum sit. Lotharius tandem victus, Aquigranum confugit: atque inde quoque decurtibus, Viennam cum conjugè, & liberis se contulit. Inlecuti & eò cum exercitu fratres. Ad quos placandos non solum multi regni ipsius proceres, sed ex Italia quidam justu Sergii II. Pontificis profugati sunt. Foedus tandem factum, ut pars illa occidentalis regni, quae à Britannico Oceano usque ad Mosam flumen pertinet, Carolo obtemperaret, in eaque etiam Francorum nomen maneret: Ludovico Germania usque ad Rheenum, & ultra, quicquid pater possedisset. Lotharius autem, cum imperii titulo urbem Romam obtineret cum Italia, & ea parte Galliae, quae olim Narbonensis, nunc Romana provincia vocatur: addita ea parte, quae inter Scaldim, & Rhodanum fluvios Lotharingiae nomen accepit, à Lothario, ut arbitror. Platina in Sergio II.

LOTHARIUS Imp. haereditarium filiorum diffusum veritus, convocatis optimatibus regna sua inter eos divisit, ac Ludovicum Italiam cum Imperii titulo, Lothario Lotharingiam, & Carolo cum parte Provinciae Burgundiam tradidit: arectia rerum humanarum cura mox monachum Prumiensi in monasterio induit: atque ibi 3. Kal. Octob. extremum spiritum edidit an. 855. Sigon. lib. 5. regni Ital. Carolo mortuo, Ludovicus, Lothariusque fratres sine certamine illius opes dividere. Ludovico Provincia, quod ea continens Italiae sit, ac ceterior Burgundia, reliqua cessere Lothario. Aemil. l. 3.

SUENO III. Danorum rex, regno pulsus à Canuto, & Valdemaro, Saxonom, & Scelavorum ope reversus, regni saltem partem precario sibi dari petebat: adeoque Valdemaro, ut eopote nepoti, compositionis arbitrium traderet, probatumur, quae quocumque per ipsum taxarentur, aliam, sicut trisariam totius regni ditionem partitus, Jutiae magnitudinem non minus incolarum multitudine, quam spatii abundantiam in unam portionem fecerit: in altera Sialandiam, ac Fioniam, in tertia Scaniam cum attinentibus provinciis locavit. Cùmque penes ipsum ut partitionis, ita optionis quoque potestas existeret, primam sibi, secundam Suenoni indulit: priorque Jutiam ipse delegit. Tunc Sueno, cui post ipsum optio debebatur, ne minore insulae Canuto cessere. Fides pacti sacramento sancita, Caeterum non multo post Sueno Roskyldiae in cenam urancus ex insidiis aggressus est. Canuto caelo, Valdemar, furtivus elapsus, collectis viribus Suenonem acie congressum occidit. Saxo lib. 14.

Agororum. Regionum.

De Seditionibus agrariis suo loco. Hic de ipsa divisione ejus, quod possidetur.

In terra Sancta occupanda, & distribuenda, Judaei tribus partem optimam, & amplissimam trans Jordanem ex Domini praeecepto acquisivit, ultra nonaginta oppida cum suis pagis, & tanquam suam sortem habebat, & simul etiam Ephraim, & Manassenses (nam suam partem eis Jordanem Gadini, & Rubenes jam pridem anticipaverat) cum reliquis tribus septem, delectis ex singulis tribubus tribus hominibus, terram reliquam ex Josue mandato obiret & describerent, desertam deinde, & in septem divisam partes, de ea sortiri primo, deinde sortitam armis occupare cogenterent. Tantum praerogativa Judaei tribus habuit, e qua Messias benedictus oriundus erat. Josue c. 15. 19. 19.

SIXOSTRUS Aegyptiorum rex, posteaquam per Aegyptum divortia aquarum effodisset, quibus Nili aqua exciperetur, tum ad situm, tum ad vim hostium arcendam (prius enim equis, & plauris agendis opportuna erat regio) in omnes Aegyptios soli quadrati aequam portionem viritum per sortem diviit: atque hinc proventum instituit, imposita certa pensione, quam illi quotannis solverent. Quòd si cujus portione alluvione fluvius decurtasset, re regi indicata, ex residuo proportionem taxatum vtegal pendebatur. Atque hinc Geometria orta videtur in Graeciam transcendisse. Herod. l. 2.

Cum de finibus Paloponnesus, & Jones sepius disseptarent, in quibus & Crommyonia continebatur, inter se pepigerunt, ut columnam sifterent loco certo, qui circa Isthmum est. In qua hic inerat titulus, in parte Peloponnesum spectante: Hæc Peloponnesus, at non Jonia. In parte vero Megara spectant.

speclante : Hæc non Peloponnesus est, sed Jonia. Post verò reverti in Peloponnesum Dorienfes, pulsif Jonibus, contra Atticos bellum susceperunt, qui exules recipiebant. Prælio autem victi, aliam quidam miseriam terram, adjuvantes verò tenere, & Megara urbem mœnibus cinxerunt, hominesque Dorienfes pro Jonibus fecerunt: colunam quoque Jonum, & Peloponnesum confinia habentem deleverunt. Strab. l. 3. ty. 9.

Cum immensa esset inæqualitas agrum apud Spartanos, multique cumularentur in urbe inopes, & egeni, opes verò ad paucos redundarent: Lycurgus, quo factum, invidiam, avaritiam, luxum, atque his vetustiores reipub. & asperiores morbos exterminaret, opulentiam & paupertatem: perpulit civem, ut possessiones in medium conferrent, & de integro partirentur, viderentque oranes compari inter se, & æquabili fortuna: primas autem virtuti deferrent, neque aliud inter se discrimen, aut imparitatem ducerent aliam, nisi quam turpitudinis macula desineret, & deus virtutis. Hinc verba rebus executus, divisit cæterum agrum Laconicum, circumjectis vicis in triginta millia sortium: quod attributum civitati Spartana fuit, in novem millia tot sortes data Spartiatis fuere. Sunt qui dicant Lycurgum sex millia divisisse, tria millia postmodum adjuvixisse Polydorum. Alii hunc dimidium novem millium, dimidium Lycurgum. Sors erat cujusque tanta, ut pensionem redderet, vix septuagenos hordei medimnos, feminis duodenos: liquidorum fructuum proportione proventuum, tantum iis cibarii ad bonum habitum, & ad valetudinem tuendam fatis esse, neque re præterea ulla putaverunt: esse opus. Fuerunt eum, cum post peregrè revertens agrum frugibus modò demessis peragraret, conspiceretque æceros æqualiter comparatos & pares, arillif, ac comitibus dixisse: Nonne dicas totam Laconiam multorum esse fratrum, qui jam non eam inter se sint partiti? Habuit à principio in animo, & res mobiles dividere, sed invidiam veritus, quæ inde imminabat, omnem auri argentique usum è medio sustulit, ferreumque nummum induxit, perculsitque decessum, quem iussit minime valere. Ac tum demùm in omnibus furandis occasio sublata est. Ignitum fertum, ex quo nummum percussit, aceto extinxit, ut ad rem nullam amplius ob mollitiem utile redderet. Omnes ad hoc artes ut inutiles urbe ejecit: quamquam artifices ipsi sublato auri usu sua sponte inde demigrarunt, cum ferri nummi apud alios in usu non essent. Sab. l. 1. Euv. 2. ex Plut. Lycurgo.

C. C. MARTUS cum viticium agrum quaterna dena Militibus divisisset, plura autem milites cognovissent flagitare: Abiit, inquit, ut civis Romanus ullus eum, qui alere ipsum queat agrum existimet exiguum. Plut. in Crasso.

AGOSTUS. partis post victoriam belli Philippiensis officis, cum M. Antonium Orientem ordinandum, ipse Veteranos in Italiam reducidos, & municipalibus agris collocandos receperit: neque veteranos, neque posteros gratiam tenuit: alteris pellis, alteris non pro spe meritum tractari querentibus. Suet.

FERGUSIUS I. Scotorum rex in Britannia, septem viros agrum dividendum constituit, pro soli fecunditate, & sterilitate partibus auctis, vel imminutis, sorteque dividendis. H. Boet. l. 3.

Præde.

Græci ad Trojam obsidendam partem exercitus relinquentes, duce Achilles socios Trojanorum ferro, ignique miserè depopulati, ingentem prædam abegere. Consulium de dividenda præda ceptum: Nestore, & Idomeneo in decernendo optimis auctoribus. Itaque cunctorum sententia ex omni præda, quam Achilles apportaverat, Lynceus regis conjugem Athynomen, Chrysi sacerdotis Apollinis filiam ob honorem regium Agamemnoni obtulere. Achilles præter Bristi Pedasiorum regis filiam Hippodamiam, Diomedem quoque sibi retinuit, quod ejusdem ætatis, atque alimonie non sine magno dolore divelli poterat: ob id jam antea genibus Achilles obvoluta, ne separentur, magnis precibus oraverant. Reliqua præda viritum ob singulorum merita distributa est. Dein quæ Ajax apportaverat, Ulysses & Diomedes rogatu ejus in medios intulere. Ex quibus auri, atque argenti quantum factis videbatur, Agamemnoni regi datum: Ajaci autem ob egregia laborum facinora Teuthranis Phrygum regis filia Tecmechia concessa fuit. Diisyl. l. 2.

Cæpta Troja, dum prædam Græci dividunt, primo omnium Helena sine sorte Menelao conceditur. Polyxena, suadente Ulysses, per Neoptolemum, Achilli inferias missa. Agamemnon Cassandra data, postquam forma ejus capus, quin palam def-

derium fateretur, dissimulate nequiverat. Æthram, & Clymenam ejus filiam, Demophoon, & Amas habuere. Reliquorum fors agi coepta. Neoptolemum Andromacha evenit, adjuvantis etiam ejus filius: Ulyssi Hecuba. Alii, ut quemque fors contingerat, prædam, aut ex captivis, quantum pro merito distribuebatur, habuere. Super Palladio ingens certamen inter duces exortum. Ajaci Telamonio pro his, quæ in singulis, universisque virtute, atque industria sua contulerat, id concessere Græci, contradicentibus solis omnium Diomede, atque Ulysses, quorum opera ablatum fuerat. Diomedes honori ejus per verecundiam cedens, à certamine desistit. Ulysses cum Ajace summa vi contendere, atque invicem industria meritis extollere adnitentibus Agamemnone, & Menelao observatam paulò antè opera Ulyssis Helenam. Namq; post captum Ilium, Ajax primus omnium interfici eam jussit: Menelaus, singulos ambiendo, orandoque perfecerat, ut intercessu Ulyssis Helena incolumis sibi traderetur. Ob servatam igitur adulteram filii fratres Ulyssi Palladium adjudicaverat. Ajax indignatus, & ob id victus dolore animi, palam, atque in ore omnium ultionem fe sanguine eorum, à quibus impugnantur esse, exatutum denunciavit. Itaque ex eo Ulysses, Agamemnon, & Menelaus custodiam sui egerit, & satellitibus se circumplexit. Manè Ajax in tentorio mortuus ex vulnere inventus gravissimæ seditioni ortum dedit: cum antè jam Palamedem, virum domi, bellique prudentissimum, nunc Ajacem inclytum tot egregiis pugnis, utroque insidias circumventos Græci ingemiferent. Ulysses veritus vim officii exercitus clam mari aufugit: Palladium apud Diomedem manlit. Diisyl. l. 4.

Hereditas.

Apud Rom. olim omnis hæreditas, si supremo morientis iudicio non esset dividæ, ab ipso jure in duodecim partes partebatur, quas quidem partes omnes in unum collatas, Aflem, pleraque antiquitas dixit: singulas vero distinctim divisas, Uncias appellavit. Itaque si quem hæredem in uncia instituisent, in duodecim partes divisio prius toto esse, hoc est, omni patrimonio, & fortunis: unica tantum pars ei institutionis jure debebatur. Cum verò hæredem in Aflem effecissent, solidam hæreditatem, & integrum patrimonium, nullis diminitis partibus, transferri volebant. Hæc autem duodecim uncie, quæ assis appellatione continentur, propria nomina à veteribus jurisconsultis singula hæc sunt. Nam præter unciam, & Aflem ea pars, quæ sextans appellatur, duas totius assis partes, hoc est, duas uncias habet, quadrans verò tres. Triens, tertia pars totius assis: quatuor enim hæc continent uncias. Quincunx verò quinque. Semis autem dimidium illius habet, quod affe continetur. Quæ quidem pars, si vendiæxat tot affe vendicatur. Quippe cum totus as in duodecim uncias dividatur, quòd dimidium illius est, sex uncias, id est, semissem, efficiet. Septunx autem septem consequitur uncias, bes octo, dodrans verò novem. Alex. l. 1. c. 1.

*PRIMÆ MUNDI, ET REGIONUM DIVISIONES QUANDO, QUOMODO, A QUIBUS FACTÆ.

Primi nostri parentes semem generis humani, simul etiam Imperiorum omnium, & regnorum fuere primordia, Monarchæ univervi totius, quod ipsis, postteritque à Deo conditum, & traditum fuit. Ita enim loquitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, universæque terræ. Gen. 1. Et paulò antè: Crescite inquit, producto jam homine, & multiplicamini, & replete terram, & subicite eam. Cujus repletionis, & subjectionis symbolum dicit S. August. trah. 9. in Joan. in cluclum in nomine Adam, quod per litteras suas initiales quatuor mundi plagas complectitur. Idem enim est Adam, si initiales litteras expliceamus: quod dicitur, Adam, & parvas, & universas, id est, Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies, ut nempe significaretur, illius posteros quatuor mundi Regiones habituros, & possessuros. Neque fuit multum laborandum in primis Adæ posteris, quis quas Regiones possideret, cum tota terra eorum illis esset. Quippe ejectione à Paradiso homines Regionem Orientalem primum incoluerunt, tum ante diluvium, ut pater de Cain, qui habitavit in Eden, Gen. cap. 4. tum post diluvium, quasi firmam propè Paradisum, idemque cæteris fertiliorem, ut pater. Gen. cap. 8. & 9. 11. Fuisse autem Paradisum in Eden, constat ex versione LXX. Itaque Cain occiso fratre suo Abel abiit profugus, & habitavit in terra Nod, secundum Hebræos,

bræos, quasi terra profugii: & ædificavit, post annos scilicet 400. aut 500. quando jam plures filios, & nepotes genuisset, ait Josephus, civitatem, quam vocavit Henoch, videatur Aug. lib. 15. de Civit. c. 8. verum Adam genuit Seth, quem ei dedit Deus pro Abel occiso, tanquam fundamentum suæ posteritatis, ac consequenter reipublicæ fidelium, & Ecclesiæ Dei: quomodo Cain ab Augustino caput dicitur civitatis Diaboli. Hic autem Seth, ejusque posteris, manserunt eum patre suo in regione illa, quam profugus Cain reliquerat, usque ad septimam generationem, quando filias Cain junxerunt sibi matrimonio. Et sensim utraque posteritas crevit in numerosam bobolem, quæ universam terram inter se partita fuit. Legatur Pererius l. 15. in Gen.

Peracto diluvio, quod omne genus humanum involverat, & ois animabus tantummodo in Arca servatis: dicit Moyses Gen. c. 9. fuisse Noe tres filios, qui de arca fuit egressi, Sem, Cham, & Japhet. Et ab his descendit omne esse omne genus hominum super universam terram. Quam admirandam Dei providentiam extollit S. Chrys. hom. 29. in Gen. quòd nempe ex tribus hominibus restituta fuerit denique propagatio hominum, & usque in hunc diem continuata. Itaque per hos, eorumque posteris nova terra partita inita est, quolibet eorum certam Regionem plagam inieunt, & possidente. Terminos verò possessionum eorum describit Moyses cap. 10. ut etiam posteritatem singulorum. Constat autem tum ex Joseph. l. 1. antiq. c. 6. cum ex D. Hieron. posteros Japhet occupasse Europam, & partem Asia septentrionalem: posteros Cham, partem Asia meridionalem: nempe Aegyptum, Syriam, & Africam: posteros denique Sem occupasse orientalem plagam Asia. Legatur Apparatus Asiae Montani in Pbaleg. sive de prima gentium origine. Ergo ab his divisæ sunt gentes, ait Moyses c. 10. in fine, in terra post diluvium. Numerat autem August. Hieron. Epiphanius, LXXII. gentes & linguas, in quas divisi sunt homines in dispersione Babel, tot enim personas hoc capite Genes. numerantur, nempe LXXII. quorum quisque cum suis eadem linguam loquentibus diversum terræ locum petiit, ibique concidit. De qua Digressione fusè Pererius l. 16. in Gen.

De divisione verò, & distributione Terræ Sanctæ facta in posteros Jacob, postquam annis 400. servierat Aegyptis, atq; per annos XL. per desertum ducti fuerant: habes in historia Josue c. 13. & sequentibus. Item Num. c. 32. & Josue c. eodem 12. Nam duplicem hujus Terræ divisionem reperimus. Quippe Regiones trans Jordanem diversè ipse Moyses duabus tribubus Ruben, & Gad, ac dimidia tribu Manasse, ut constat ex loco cit. Num. Josue verò Cisjordanas terras partitus est, assignata quaque portione, id est, in duodecim portiones divisit, juxta numerum filiorum Jacob, è quibus cum una tribu Levi hæredata fuerit, & adoptati duo filii Joseph, Manasse, & Ephraim, ita faciendi vultu dividit, vide c. 14. Josue vers. 4. Qui verò divitores hi fuerint, describitur Num. 32. & Josue 14. ubi & locus, & modus divisionis factæ etiam insinuatur. Quærat in Tit. de Sortibus.

De divisione autem, sive partitione Provinciarum facta in Apostolos, missos à Domino ad prædicandum, quæ scilicet & cuique obtigerit. Vide in Tit. de Apostolis.

Dicitia.

OPES. OPULENTIA.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Dicitia Græcis πλοῦτος dicitur, à πλοῦτος quod est ditior. Dicitur autem Dives, quasi Divus, ait Varro, quòd dives velut Deus nullo videatur indigere. Dicitur etiam opes, quòd sine, ut per eas proximo opulentur. 2. Cic. lib. de Amicit. Sunt, qui nugatoriè admodum dives volunt dictum quasi dii esse, melius Varro supra.

* DIVITIÆ DEI DONUM.

Dives facit benedictio Domini, inquit in Proverbiis Salomon, nec foebit eum afflictio. c. 10. Hinc primis illis Patriarchis contulit luculentas omnium rerum possessiones, uti & S. Jobo, tam post tentationem, quam ante illam. Salomoni quoque divitias dedit tantas, ut nemo similes eum habuerit. Ideòque divitiæ reprehendendæ non sunt, sed malus earum usus: ut enim ait Ambr. in Lucam impedimenta sunt improbis, ita adjumenta sunt probis. In L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. II.

juste divitiæ sunt, quæ avaritiæ egestatem non tollunt. Idem in Ps. 118. Audiamus Augustinum apostolice loquentem. Hoc attendite, ne passim divites reprehendatis, & cursum nec de paupertate, & egestate præsumatis. Si enim non est præsumendum de divitiis, quanto magis non est præsumendum de paupertate? pauper ulcerosus non habens eam non ipsam vellem, ablatas est ab Angelo in sinum Abraham: Vides quibus sublatas est, non vides, quo sublatus, in sinum Abraham: lege scripturam, & invenies divitem Abraham. Sublatas est ergo in sinum divitis pauper, an potius ambo divites Deo, ambo à cupiditate pauperes? Sup. Psal. 5.

Divitiis esse deorum donum, Hænerus cecinit: Καὶ θεοῦ ἐστὶν δῶρον πλοῦτος γενέσθαι. Zede d' avris vultu in hoc dicitur dicitur. * FRUCTUS, ET USUS. Verum divitiarum fructum in misericordia erga pauperes situm esse. Tum furit horribilis pardus, tigrisque, leoque, Cùm caeva inclusos arca rependit tenet. Sic etiam nunquam furit aurum immanis, arca Quàm cum illud Dominus claudere parcas amat. B. Quid facies igitur, ne te fera vulneret ista? Quæ, quo plus clausa est, plus feriatas habet? Solve feram, pascens quos aspera vexat egestas. Protrius hac miis redditur arte fera. Jacob. Bill. Anthol. Sacr.

Divitiis autem virtus, & gloria comitantur. Χρησιμὰ δ' ἐστὶν ἀπὸ τῆς εὐδαιμονίας τὸ πλοῦτος. Pecunia non rapta à Deo dicitur meliores. Tò δ' ἐστὶν πλοῦτος εὐδαιμονία ἢ ἀσφάλεια. Tò δ' ἕρπον ἢ ἐστὶν ἕρπον ἕρπον. Tibi verò si divitiis animus captus in mentibus tuis, Sic factas operam supra operam operare. Χρησιμὰ γὰρ ἔστιν πλοῦτος εὐδαιμονία ἢ ἀσφάλεια. Pecunia enim anima sunt miseris mortalibus. Hesiodus. Quisquis habet nummos, securus navigis aura, Fortunamque suo temperet arbitrio. Uxorem ducat Danaem, ipsamque licebit. Acrisium jubet credere, quod Danaem. Carmina componat, declamet, conceret, omnes Et peragat causas, sitque Catone prior. Jurisconsultus, paret, non paret, habito. Aque esto, quidquid servius, & Labeo. Multa loqueri: quidvis nummis presentibus opta. Et veniet: clausum possidet arca Jovem. Petronius. Anthol. Græc.

Divitiis utare tuis tanquam mortuis, Tanquam vitibus partito divitiis: Vir sapiens est ille quidem, qui hæc ambo volutans Partit, quippe modum sumptibus applicuit. Nec aliter Horat. ad Lucium. Epist. 12. Frustribus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icti, Si redde fueris, non est, ut copia major Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas. * INCOMMODO.

Ego verò nego illud esse bonum, quod noceat habenti: num id mentior? minime, inquit. Acqui divitiæ H possidentibus parum sapè nocuerunt, cum pessimus quisque aris alieni magis avidus, quicquid usquam auri, gemmarumque est, se solum, qui habet, dignissimum putat. Tu igitur, qui nunc contum, gladiumque sollicitus perimicis, si vite hujus callem vacuus viator intrasces, totam latrone securus cantares. O præclara opum mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, securus esse desisti! Boet. de con. Philos. prof. 5. lib. 2.

Divitiæ quantis implicitæ sint malis, brevissimè monstrabo: Quid enim? pecuniam congregare conaberis? sed eripies habentem. Dignitatis fulgere velis? donati supplicabis, & qui præter cæteros honore cupis, potentes humilitate vilescas. Potentiamne desideras? subceptorum insidias obnoxius, periculis subjacabis. Gloriam petis? sed per aspera quæque distractus, securus esse desisti. Voluptuarias vitam degas: sed quis non spernat, atque abicit vilissimæ, fragillissimæque rei corporis scitviti? Idem l. 3. prof. 8.